

R. P.
PETRI BLANCHOTI
ELOGIVM.

NVITAT operisquod in publicum damus ipsa necessitas, vt quam habet apud nos Blanchoti memoria venerationem, ea per nos quoque transmittatur ad externos, apud quos non minor esse potest Autoris quam operis gratia, si quem a scripto fructum capere possunt. exquirant etiam ab exemplo. Natus est Blanchotus Lutetia Parisiorum, quæ ut Gallici sedes imperij, sic & bonarum Regia est literarum, magnorumque inge-
niorum mater & altrix, quibus hic noster non numero magis accessit quam me-
rito. Natalitus dies fuit qui quartus Februarii ann. 1599. Parens vterque supra
fortunam, quam tenuis fuit & honesta, insigni morum probitate ac pietate sem-
per enituit. Pater nomine Sebastianus è Senonensi agro in urbem immigraver-
at vbi domum sibi familiamque arte ac ingenio constituit. Mater etiamnum
superstes & octogenariā maior, nomen illi Ioanna Guinguand, viuida & robusta
senectute nos sinit ambiguos cur tam breuiusq; filius consumptus est. Quanquam
eiustestimonia certissimus tam dubiā & afflīctā sub primos annos valetudine il-
lum laborasse, vt de vita non temel in peius Medici iudicauerint, nec firmorem
multò fuisse adolescentiam, frequentibus illam morbis & grauibus intercismis,
quos inter maiorem quam proximate patientiam ipse semper exhibuerit. Sed alia
cerē animi & ingenij quam corporis conditio. Erat nimirū illi calidum &
astuans ingenium, irrequies & infatigabilis animus, vt inde frangi corpus ac
deponi nemo non intelligeret. Abstrahi tamen a literarū studio non potuit, qua-
rum erat tam auditus vt mallet sine cibo & potu perstare, quam ab illis tantisper
abstinere. Curabant igitur magistri apud quos operam ponebat, vt intempe-
stuo & immodico ardori saltem moderarentur, & ex aliorum tarditate illius
appropriationem celeritatemque retardarent, plus enim ipse in diem quam
per totam catēri hebdomadā promouebat. Ex hoc factum vt è Scholis ad au-
diendos insigniores verbi diuini præcones sapientius diuenteret, ac iam tum scripto
conclaves excepseret quas audierat, sapientius etiam apud domesticos imperatā
per magiam importunitatem audientiā recitaret, tam modulato vocis tono,
tam præsentī memoriā vt ab his indiciis quod esset indoles illa euasura satis appa-
reret. Atque huic studio & reliqua vita ratio moresque ipsi respondebant. Sen-
sus illi castimonia ab ipsā vt ita dicam naturā haustus acceptusque inerat, vt ni-
hil dictū fœdum ac turpe ab ipsa pueritia audire sustinuerit, tantum abest vt ver-
bum ei aliquod minus castum aliquandō exciderit. Petulantes ac lasciuos (vt
fere fit) condiscipulos suā præsentia in officio continebat, ea tum scilicet fuit
morum grauitate vt eum omnes planè reuererentur. Itaque domestici famuli
ferre licentiam non potuit qui ad aures illi turpia suggesserat, egitque cum pa-
tre vt continuò ille domo pelle retur, sin minus abiturus ipse, vt lascivii nebulosi
contubernium effugeret. Quod tempus è studiis reliquum erat, impendebat
totum orationi aut grauibus curis & indole suā dignis sive acta sanctorum priua-
tim relegens, sive opere ipso præstans quod legerat. Inter hæc de perpetuo vite
statu deliberans animam ad religiosam professionem adiecit, captoque consilio
& interrogata conscientia (quanquam & æqualium quorundam exemplo quo-